Entheticus Johannis epiſcopi Carnoteñ In policraticon

Si michi crediderꝭ/linguam cohibebis/et aule
Lumina non intret pes tuus. eſto domi.
Aſpectus hominū cautus vitare memento
Et tibi cōmiſſas/claude libelle notas.
Omnia ſint ſuſpecta tibi/quia publicus hoſtis
Et maieſtatis diceris eſſe reus.
Ignis edax/gladiuſq; ferox/ tibi forte parantur
Aut te polluta ſubruet hoſtis aqua.
Cum tamen exicas/faciē velabit amictus/
Deformentq; cutem/puluis et aura tuā.
Dextra ferat virgam/premat et ſua mantica dorſū
Tuta tegant frontem pillea pero pedem
Sit gradus et cultus/habitus peregrinus eunti
Nō niſi barbariem/barbara lingua ſonet.
De pictauorum dices te gente creatum.
Nam licet hijs lingua liberiore loqui
Hoſpicijq; fidem queres ſuper omnia quo ſis
Tutus ab inſidijs quas tibi quiſq; parat.
Multos prudentes/minimos prauoſq; cauebis
Et quos inſignes garrula lingua facit.
Si quis amat verum tibi ſit gratiſſimus hoſpes
Et quem delectat/gloria vana/caue.
Iure patronatus illum cole/qui velit eſſe
Et ſciat et poſſit tutor vbiq; tuus.
Ergo queratur lux cleri/gloria gentis
Anglorum/regis dextera. forma boni.
Queſitus regni/tibi cancellarius angli
Primus: ſollicita mente petendus erit.
Hic eſt qui regni leges cancellat iniquas
Et mandata pij principis/equa facit.
Si quid obeſt populo/vel moribus eſt inimicū
Quicquid id eſt/per eum deſinit eſſe nocens.
Publica priuatis/qui prefert cōmoda ſemper
Quodq; dat in plures/ducit in ere ſuo.
Quod dat habet/quod habet dignis donat/vice verſa
Spargit ſed ſparſe/multiplicantur opes.
Neq; vicium/virtus animi/ſic gratia forme.
Vndiq; mirandum gentibus eſſe facit.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Tardus ad hunc ſamnis ſi certet acumie martis
Indoctus q; plato varroq; ſtultus erit
Curio ſi certet verbis vincetur ab ipſo
Victus ſi certet quintilianus erit
Huius noſſe domū non ē res ardua ciuis
Non duce queſito ſemita trita patet
Nota domus cunctis vicio non cognita ſoli
Lucet/ab hac lucē diues egenus habent
Illa patet miſeris patet domus illa beatis
Hic patre letatur aduena quiſq; ſuo
Cum reſerata ſemel fuerit tibi ianua currens
Ad thalamū domini progrediere tui
Expecta dum turba fluat que feruet in aula
Feſſa q; ſint domini membra fouenda thoro
Accedas/vultū mutabis/mantica nugas
Excuciat/peregre tunc peregrinus erit
Non tamen oſtendas oculos q principis vrat
A quo tota tibi vita ſaluſq; datur
Si facies illi tua diſplicet·vnde placebis
Eius in arbitrio iuſq; fauorq; manent
Quod prohibet fieri ſcelus eſt quod precipit equū
Iuraq; pro placito ſtantq; caduntq; ſuo
Huic que ſola placet ſola virtute placebis
Que tibi ſi deſit cetera cuncta nocent
Iura colit/pacē ſtatuit/fundatq; quietē
Et tumidos hoſtes mente manuq; domat
Sed ſeu iura nocent ſeu fulminat enſis in hoſtes
Non niſi ſancta gerit/non niſi ſancta probat
Confer ei quoſcunq; duces quoſcunq; potentes
Plebs erit hoc viſo maxima turba ducū
Si reges videas quid ad hūc niſi ruſtica turba
Et bene ſi dici ruſtica turba queunt
Particulaq; tui premonſtrans experiere
Que maneat tecū gracia vel quis honor
Si placet hoc totus poteris fortaſſe patere
Sed ſi diſpliceat cetera claude toga
Verba ſalutantis ſint prima/ſubinde facetus
Te cabis obſequijs hoſpiciūq; petes
Non grauis hoſpes eris potuq; ciboq; verendus
Sufficiat veſtis non precioſa tibi

Nō onerātis equis faleras nec poſcis equoꝝ
Nec te ſeruoꝝ copia magna premat
Sufficiat vel ſola domus viſuꝫ patroni
Eius ⁊ alloquio cōſilioqꝫ frui
Curia quid poſſit quid ſperet plebs niſi regni
Vires/vna dom9 ſola docere poteſt
Si deuelatā faciē mōſtrauerit aut non
Preſtringat viſum caſibus ille tuum
Quid ſapiens ſtulto differt/quid paupere diues
Quid miſero felix ſi ſapis ecce vides
Si fuerit letus oculos aures qꝫ libenter
Exponet nugis forſitan ille tuis
Sic igitur nugas ſparges ne tedia gignāt
Que rebus letis ſunt īimica nimis
Si iubet vt nugas agites nugare decenter
Nam ſibi ꝑ nugas ſeria credet agi
Utilibus nugas ſic aptes ſeria ludis
Ut tibi ſit grauiū nulla timenda manus
Si iubet vt taceas ſtatua taciturnior eſto
Nec redimas ſignis verba negata tibi
Cū ſaciatus erit vel cum maiora vocabunt
Ora/conductus detur vt inde tibi
Inuitus atqꝫ tedi ne querens carpe nugas
Auſus es/infligant tela necemqꝫ parent
Unū diſcedens ſecretum profer in aure
Quidq̄d agant alij tu memor eſto tui
Queqꝫ caro fenū flos feni gloria carnis
Hec nichil eſt/nichilo quid min9 eſſe poteſt
Munera fortune viſcata puta viciorum
Semina ſunt/ſcelerū pabula mortis iter
Sūt laquei ſunt inſidie ſunt toxica mortis
Quam non effugient quos dea ceca colit
Quod fortuna dedit ⁊ quod dabit eſt alienum
Auferet hoc totum cum volet illa tibi
Recia pennatis nequeūt preuiſa nocere
Tu quecūqꝫ vides recia mentis habe
Recia ſunt q̄cūqꝫ vides hoīemqꝫ ligatum
Ad miſeram mortē ꝑ mala queqꝫ trahunt
Forſitan vnde tibi datur hec audacia queret
Dices/nil metuens omnia tutus agit

¶ Omnia tutus agit quem nec ſpes nec timor angit
Cui mala nulla placet omnia tutus agit
¶ Hiſpana rediens aut vaſconis vtere lingua
Sed tamen in verbo plus grauitatis habe
¶ Indue ſic linguam ſic veſtes indue gentes
Salua ſit vt moꝝ regula ſalua fides
¶ Pendeat ex humeris crux enea ſit coma tetra
Hiſpida ceſaries barba reſciſa parum
¶ Sitq; grauis vultus ſint frons oculiq; pudici
Inſonteſq; man⁹ pauper amicus erit
¶ Dum tibi conductus fuerit ſecurior ibis
Et via ſit pedibus quelibet apta tuis
¶ At ſi defuerit longas p̄tende dietas
Contineatq; pedes publica ſtrata tuos
¶ Nuſq̄ diuertas ne quis te ledat eūtem
Nugarumq; luat garrula lingua notas
¶ Omnia ſi neſcis loca ſunt pleniſſima nugis
Quarum tota cohors eſt inimica tibi
¶ Eccleſia nuge regnant ⁊ principis aula
In clauſtro regnant pontificiſq; domo
¶ In nugis clerus in nugis militis vſus
In nugis iuuenes. totaq; turba ſenū
¶ Ruſticus in nugis in nugis ſexuſq; vterq;
Seru⁹ ⁊ ingenu⁹ diues egen⁹ in hijs
¶ Accelera greſſus tanto duplomate ꝑgens
Ad mare quo moꝝ littora noſtra petūt
¶ Hoſpiciū tandem ſera cum nocte ſubibis
Vt valeas. eſto ſobrius eſto grauis
¶ Gens penetranda tibi ꝑ larga bibaxq; loquaxq;
Et cui in morem geſſeris hoſtis eris
¶ Emergunt lites modice quas magne ſequūtur
Iurgia vulneribus fota neceſq; ferunt
¶ Sed quia virtutē gens diligit ⁊ veneratur
Si bene credaris viuere tutus eris
¶ Nō modo tutus eris ſed ſummo dign⁹ honore
Queq; libet fieri cūcta licenter age
¶ Cantia te felix genuit te cantia fouit
Illuſtris regum pontificūq; parens
¶ Hic tibi debetur ſedes finiſq; laboꝝ
Illa tibi requiem p̄ſtat illa domū

Anglorum ſedem primam pete ſiue britonū
Si britonū mauis dicere nemo vetat
Indignū litem ſi tempꝰ agit breue lōgam
Digna quidem non ſunt tempora longa breui
Cū de te cōſtet non ſit de nomine pugna
Non foueat litem lana caprina diu
Quidquid vis dicas | dum ſit caput illa britannis
Quam tibi ꝓſignat angelus arce micans
Angelꝰ iſte quis eſt aut que domꝰ iſta requires
Namqꝫ nouos rerū noua monere ſolet
Hec eſt illa domꝰ que xp̄m prima recepit
A qua ſuſcepit inſula tota fidem
Inſula tota fidem cepit fideiqꝫ parentem
Predicat extollit audit honorat amat.
Conſilij magni ſi noſti forte datorem
Non erit ignotus angelus iſte tibi
Angelus eſt ſpecula | totū circūſpicit orbē
Et corpus pennis ſubuehit atqꝫ tegit.
Hic videt e ſpecula ſic protegit omnia pennis
Vt ius non habeat hoſtis in orbe ſuo
Hic tempeſtates prenūciat atqꝫ ſerenū
Ventorum rabiem temperat atqꝫ maris
Ne quid obeſſe queat nō dormit/nocte dieqꝫ
Stat/quia ſubiectos vndiqꝫ ſtare facit
Accedens ꝯpius criſti ꝯperabis ad aulam
Vt veniam culpis promereare tuis
Illic finiti ſoluentur vota laboris
Hic lacrimas gemitus hic pia cura dabit
Excipiet fratrum te ducem tota chorea
Et laudes pro te ſoſpita leta canet
Quicquid habes quod eis placeat largire libenter
Cuilibet vt fuerit vtile cuiqꝫ dabis
Si potes odoni ſtudeas donare ſalutem
Accipiatqꝫ brito te veniente crucem
Hic narrare tui tandem diſcrimina fati
Exacteqꝫ vie proſpera cuncta licet
Quid ſi ouis ſub vulpe latens vulpes ve ſub agno
Pelle leonina dic quid aſellꝰ agat
Quid leo dum ſeruit quid agit dum regnat aſellus
Turturis in ſpecie paſſeris acta canes

Quid faciāt pardi: timidi lepoꝛeſqꝫ feroces
Et ſpes querſi que ſit habēda lupi
Quid repēs teſtudo paret ſcarabeꝰ onuſtꝰ
Curqꝫ leui ventꝰ grandis ab imbꝛe cadit
Sed quia nemo poteſt cunctis virtute placere
Sufficiat paucis te placuiſſe bonis
Spernantur ſi foꝛte tue ſub iudice nuge
Nō ſit iniqua manꝰ aut tua lingua ꝓcax
Libera donētur cūctis ſuffragia/teqꝫ
Iſte bonū dicat. dicat ⁊ ille malum
Si locus eſt liber: cur nō ſit libera lingua?
Nemo ſatis firmꝰ quem leuis aura mouet
Quid faciēt enſes ſi te leuis aura cruentet
Verba quidē nō ſunt verbera. verba times
Linguarꝫ ſtrepitus ſolidam nō tranſeat aurem
Auris inepta nimis quā ſonꝰ vrit iners
Excrecent alij linguas. tibi pateat auris
Lingua quidem prodeſt nō tamē aure magis
Illis in lingua mēs eſt tibi coꝛ ſit in aure
Os patulū ſit eis/auris apta tibi
Obice virtutis cōſtringitur impetus oris
Et lingue ſtimulo mens male ſana perit
Nemo niſi vanus falſo letatur honoꝛe
Conſcia mens culpe quā maledicta monēt
Frons adamāte tibi ſit durioꝛ / igne peruſta
Sit cutis/a verbis ne notet oꝛa ruboꝛ
Plena pudoꝛe tamē qualem decet illiꝰ eſſe
Qui timeat vicij ſoꝛdidus eſſe nota.
Alterius lingue dic quis moderatur habenas?
Vix eſt qui ꝓprie poſſit habere modū
Lubrica ſepe cadit quoniā verſatur in hudo
Sepe cadēs labem cōtrahit atqꝫ notam
Inter multiloquos ⁊ grandia verba ſerētes
Eſto tardiloquus/eſtoqꝫ pauca loquens
Dū linguas acuūt alij /tibi calleat auris
Et ſit diluchio remige ſurda magis
Nec tantū valeat temeraria lingua loquētis
Pectoꝛis vt poſſit rumpere clauſtra tui
Si patiens fueris nūq̄ tibi verba nocebūt
Turbatoꝛqꝫ tue nemo quietis erit

Excuciet pacē quā dat paciencia nullus
Sit licet exermis conterit arma tamen
Utantur linguis tu viribus utere mentis
Si ſapis a linguis gloria magna venit
Nam que ſit doctrina viri paciencia monſtrat
Imbelliqꝫ manu bella nefanda premit
Quis feret armatā que ſola triūphat inermis
Armatāqꝫ manū vincere ſola poteſt
Vir paciens forti melior / minor eſſe triūphꝰ
Verbis q̄ mentis dicitur/eſtqꝫ minor
Sperne malos/venerare bonos/ignoſce volenti
Ledere/nulla bonis ultio grata magis
Nulla virū forte vindicta magis decet iſta
Principibus ſemꝑ debet adeſſe viris.
In quoꝝ manibꝰ lex ſi viget ignea punit
Dum miſeret fidos dū cupit eſſe facit
Prouocat ad facinꝰ dū ſeuit iniqua poteſtas
Et ſibi ſubiectos non ſinit eſſe pios
Nemo ſciens illū ledit quem credit amicū
Regula fida nimis quiſquis amandus amet
Hec hominū diſiūcta ſolet coniūgere corda
Iſta poteſt hominē conciliare deo.
Hac duce carpe viā gradienti nemo nocebit
Et poteris cunctas tutus inire manus
Illa tamen metuenda manus que tractat iniquas
Sordes/quā maculant era colore ſuo
Non quia polluitur et polluit/eſt fugienda
Sed quoniā nūmus toxica ſeua gerit
Toxica perpetuā paritura famēqꝫ ſitimqꝫ
Et miſeram vitā mortis ꝛ omne genus
Nulla libris erit apta manus ferrugine tincta
Nec nūmata queūt corda vacare libris
Non eſt eiuſdē nūmos libroſqꝫ probare
Perſequiturqꝫ libros grex epicure tuus
Ignis auaricie cū fenū carnis adurit
Surgit/et eternū conſtruit uſqꝫ focū
Omnia cū poſſit manus omīpotentis/auare
Mentis egeſtatē non ſaciare poteſt
Non ſaciare poteſt manus omīpotentis auarū
Dic michi quis poterit quod nequit illa manus?

Nõne ſatis miſer eſt quem nec deus ipſe beare
Sufficit? vlterius quis miſer eſſe poteſt?
Nũnupote/cum libricolis nequeũt ſimul eſſe
Ambos crede michi/nõ capit vna domus
Ergo caue miſeros/nec ab hijs niſi triſtia ſperes
Nam miſeri cultor/quis niſi ſtultus erit?
Eſt antiqua nimis/nimis eſt ſententia vera
Quam docuere patres ẽnius atq; catho
Tam quod habet q̄ quo caret/omne deſit auaro
Occupet/incũbat/res aliena tamen
Semper habũdabit/qui rebus nouerit vti
Et mens vtendi neſcia/ſemper eget
Pauca poteſt diues ⁊ plurima pauper habere
Neſcit egeſtatẽ diues/egenus opes
Nullus amicus ei qui multa cupit/nec amicus
Eſt ſibi cui nimiũ res aliena placet
Si cupidus fuerit hoſtis caueatur vt hoſtis
Si ſit amicus eo cautior eſſe ſtude
Iurat crede minꝰ/nõ iurat credere noli
Iuret nõ iuret hoſtis ab hoſte caue
Et fugias quos liuor edax felicibꝰ hoſtes
Hic facit vt virtus flectere nulla queat
Muneribꝰ fortaſſe tuis placabis auarũ
Ledere quo ceſſet inuidus eſto miſer
Altius miſera gaudet mens inuida ſorte
Cũctaq; vicini cõmoda dampna putat
Et niſi feſtinꝰ fugeres te plura monerẽ
Vix pateas dicã pauca/ vel iſta tene